

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

diuertunt: quod pculdubio tibi improperari non poterit qui adeo cū dicendi genere forēsi quietū & æqua-
bile dicendi genus cōiungis: ut mihi alter **Demetrius Theophrasti** discipulus exprimi uidearis: ut em̄ philo-
sophiæ fuit studiosus pariter & dicendi: sic tu quoq; inter priuatos parietes facundiam acri studio alis: qua-
sis usus in omni caularū genere. mō forensi modo deliberatio: & si quādo opus est demonstratio. Quæ
cū omnia animi aduertissem: adhuc apud me certaminis aliqd reliquū erat: foret ne operæ præciū ut tanti
uiri auribus ineptiolis meis obstreperē. Quod dubiū cū mecū reuoluerē: uenit in mentē tua ipsius innata
mansuetudo: qua maximopere fretus aiūm ad scribendū appuli futuræ ratus ut scripta nra nihil molestiæ
essent tuæ dignitati allatura. Quæ spes ne me fallat uehementer rogo. ut hac ipsa in re eū te mihi præbeas
q; mihi semper (ex quo me in tuam gratiam insinuau) cognitus es. Tantū in postremis a tua humanitate ēt
atq; etiam flagitans: ut de instituta in me beniuolentia nihil remittas: sed potius (quo ad eius fieri poterit)
conferues / foueas. alas: hoc existimans quantum ad me attinebit nullo me loco tuæ honestati de futurum.
Vale & me ama ut cœpisti.

Guido iuuenalis. Nicholao de capella uiro multis laudibus efferēdo. S.P.D.



Sæpe & multū præstabilis uir sapientiæ mecū cogitauī (ex quo de tua ipsius præstantia re-
ferente fama cognoui) quæ nam mihi ratio inēda foret ut tuam mihi gratiam (quo ad eius
fieri posset) conciliare. Tanta em̄ feriēdi tecū fœderis societatisq; coeūda tenebar cupidita-
te: ut aliter pacatū quietūq; nō possem animū meū efficere nisi me qbusuis rōnibus in tuā be-
niuolentiā insinuarē. Propterea cū sæpe deliberarē nō nihil ad te lrarū dare. occurrebat tua ipi-
us mirabilis eruditio: quæ me profus a scribendo auocabat. sic em̄ mecū uoluptabā: qd sui
cū minerva? nescis tu eius quē cōueniēdū ducis hēre rōnē? Putas ne uirū tā egregiū e gregalibus tuis (quos
litteris soles obtūdere) unū eē: erras & qdē uehementer. Is em̄ uir est admodū lrarū bonæq; studiosus: q; eaz
hauriendarū cā singula bonæq; disciplinæq; emporia trāalpina frequētavit. atq; excoluit diligentissime. In
qbus ætatis suæ florētis decenniū cōsumpsit. nō qdē ut multi errabūdos: sed dies noctesq; studiōq; exubias
celebrās auidissime. Oēs insuper maxima fama interpretes italos: tā in humanis artibus q; iuris utriusq; fa-
cultate. usq; adeo coluit: illisq; æq;simis auribus usus est. ut iuris utriusq; & pōtificiū & cesarei p̄fessor dignif-
simus euaserint. neq; ea uelocitate qua complures cernere est: sed ea tēporis diuturnitate ut cū iuris prudē-
tia mirabilē potuerit eloquētiā cōiungere. Quod p̄fecto adeo abunde cumulateq; fecit: ut eius sermone ac-
scriptis (quæ de eius munitissima officina pdierūt) nihil mihi cultius desiderari posse uideat. Accedit eodē
eū priusq; illas peteret regiones adeo stabilia hac ipsa in urbe iecisse fundamēta: ut & in artibus liberalibus
laurea fuerit **Donatus** seu magisteriū appellare libet. adeoq; longe in ipsa sacrosancta theologia progressus
est: ut bacchalaratus (uti nri loquunt) gradū fuerit consecutus. Hac ipsa longeq; maiora cum cogitatione
complecterer: facile a scribēdo deterrebar. diuq; ea rōne remoratus tuæ gratissimæ consuetudinis usura in
uitus carni ac dolēs. At cū tā opere eiusmodi torquerer cupiditate: cœpi audacia uti pro sapiētia: teq; meis
ineptiis obtundendū curauī. Verū tua ingēs mansuetudo facile impediuit: quominus lræ nostræ molestiæ
quicq; tibi afferrent. Siqdē eo aīo illas suscepisti: ut euestigio me indignum in tuā ascriperis beniuolentiam
& quidem usq; eo: ut me tuis scriptis omni suauitate scatentibus: latloq; admodū oblitis uacare nō sustine-
ris: quod q; mihi gratū acciderit: nō uerbis modo sed nec cogitatione qdem explicari posse credā. Procedē-
te exintpe amicitiaq; nra accessionis aliqd indies magis ac magis aquirente: inter rudimentorum it̄pre-
tationes elegātiarū nō nihil emerit quod tuo limatulo iudicio (ut **Ciceroniano** utar uerbo) politoq; reco-
gnoscendū cōmisi: in quo tuū mihi fauorē adeo propēse adhibuisti: ut nihil mihi p̄terea fuerit requirendū.
Et qm̄ oī tēpore pro ea facultate quæ nobis ab optimo deo tributa est cupiuimus iuuenes nrarū lectiōnū
sectatores cæterosq; rudimentoq; studiosos (qui noster est in eos amor) quibuscunq; uis iuare. eorūq; la-
bores multo efficere solito leuiore: adhibuimus ingeniū interpretationi terentianæ minutissima quæq;
plana facientes: quo possemus iuuenibus nondū longe in grāmatica progressis aliqd afferre adiuuētū. quo
aducti beneficio (ut alias re ipsa cōpleuerūt) ad deū omni potentē ex intimo pectore p̄ces nri contempla-
tione effunderēt: qd mihi munus abunde suffecturum est pro meis oībus susceptis laboribus: quos si eo aīo
sumant quo a me perlati sunt mihi usq; quaq; satisfactū esse putent. Et quis eo tpe quo, in ea interpretatiōe
laborauī fuerit cōtinuus mihi occupationū concursus: cū lectiōnū interpretandarū incōtione tum discipu-
lorum peculiari sermone instituendorum: id tamē muneris uehementi motus amore minime dubitauī ca-
pessendū post eius absolutionem atq; consummationem: rudimentis grammatices multam dicturus salu-
tem longeq; maiora studia toto pectore amplexurus. Mihi enim iudicatū est (nisi me cogat egestas) depo-
nere illam grammatici personam: aliamq; impēdio præstabiliorem induere. meq; in theologiæ sinum tāq;
in portum quendam recipere: ac me totum in litteris sacris abdere. In quibus quod est reliquum uitæ meæ
ueluti in tuto reponam: nam id si fecero uideo me nunq; p̄nitentiæ loci quicq; relicturum. Vbi enim secu-
laribus (ut sic dicam) disciplinis pro uirili portione satisfactū est: non ea teneor sententia diutius in illis esse
progrediendum: sed potius mature ex illis pedem esse reuocandum atq; canendū receptui: ne forsitan nos
in illarum labyrinthum ita alte demergamur: ut non sit postea resiliendū locus. Ut enim inquit **Gelus** ad
Ciceronem. Etiam atque etiam cogitandum est ne nos scientes prudentesque eo demittamus unde exitū
uideamus nullum esse. Ea propter si me his curis exoluerō: q; plurimam salutē hīcē disciplinis di-